



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 63. Albertus denuo a Cæsare proscriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. tii die circa horam decimam matutinam
A.C. 1554 nam vivis eriperetur. Erat Princeps
 animi fortitudine, constantia, ac libe-
 ralitate insignis, & reliquerat Filium
 nomine Alexandrum, ac propterea Fri-
 derici proles Electoratum recuperandi
 jure spoliabantur.

§. LXIII.

Albertus denuo a Cæsare proscriptus.

Interea Fœderati Schwinfurtum nuper
 ab Alberto occupatum exeunte eodem
 Mense recuperarunt, eodemque
 tempore Holanspergum in suam potes-
 statem redegerunt. Non multo post
 Cæsar Carolus Bruxellæ datis literis
 Albertum, quem hyeme superiori, sic
 ut diximus, Spiræ proscripterat, denuo
 proscribit, & questus, eum sic impune
 graffari, verbis gravissimis mandat,
 ut Principes, ac Ordines omnes, ma-
 xime autem finitimi, sententiam latam
 exequantur. Nihilominus Albertus li-
 teras acerbissimis verbis conceptas ad
 Norimbergenses dabat, eosque patriæ
 proditores, ac transfugas appellitabat,
 eoquod in nupero bello Galliarum
 Regi, ejusque sociis clam suppeditias
 submisissent. Verum illi ad hosce Al-
 bertii libellos die decima octava Maij re-
 scripserunt, expositaque belli caussa to-
 tam culpam in ipsum Albertum, ejus-
 que

Sæcul. XVI.
A.C. 1554.

que emissarium Guilielmum Grumbachium, dignum tanto Principe Ministerum rejecerant. Porro cum hinc inde calamo pugnaretur, Albertus minime armis suis otium interea dederat; postquam enim acceptis septuaginta aureorum millibus Aumalium Ducem liberum dimiserat, his pecuniis auctus copias in Saxonia conduxit, ac die secunda Junii Schwinfurtum contendens urbem ea parte, qua cincta non erat, cum suis militibus ingressus est, eamque rerum inopia undique pressam diripi jussit, omnesque præsidiarios, scilicet mille octingentos qua pedites, qua Equites cum belli tormentis eduxit, ipse vero noctu Kitzingum ad Mœnum secessit. Fœderati, dum de Alberti fuga certiores fuerant facti, urbem ingressi eandem combusserunt, ac fugientem Albertum infecuti sunt. Hic quoque cum iis manus conferere haud renuebat, adventante autem toto exercitu cum se resistendo imparem cerneret, suos hortabatur, ut, qua quisque ratione posset, sibi fuga consuleret, ipse vero trajecto flumine Kitzingum auffugit, amissis omnibus impedimentis suis.

§. LXIV.

Albertus in Franciam profugus.

G 4

Cum